

106. **Lepanthes blepharistes:** elongata, caulis vaginis subcalvis, vaginis ostio cordatis acuminatis limbo hispidis, folio cuneato oblongo acuminato apice egregie triserrato, pedunculo sursum racemoso, bracteis acuminatis hinc illinc praecipue sub nervo medio muriculatis, sepalis basibus suis omnibus connatis triangularibus acutis limbo papilloso ciliatis, tepalis oblongis utrinque acutis, lobulo acuto intus infra superaddito, labelli partitionibus rhombeis, extus ciliolatis, intus cum limbo parallele carinatis.

E minoribus. Caules secundarii densissime caespitosi duos tresve pollices alti, dense vaginati vaginis denis duodenisve. Ostia vaginalium eximia magna, ita ut caulis quasi biserratus appareat. Folium parvum duas tertias pollicis non superans. Pedunculus nunc usque viginti duos flores gerit. Flores flaveoli fuisse visi tertiam pollicis longi.

Desengaño in Costa Rica. 5. 8. 1857.